

THOMÆ  
BARTHOLINI

61  
B27t

# ACTA MEDICA ET PHILOSO- PHICA HAFNIENSIA

Ann: 1674. 1675. 1676.

*Figuris æneis illustrata.*

---

VOLUM. III. & IV.

---



HAFNIÆ,

---

Sumptibus PETRI HAUBOLD. Acad. Bibl.  
cl. Icc LXXVII.

Circa fontem, qvem anno præterito commemoravi petrificatas aliquot massas hisce adjungo, ubi conspicua fo-  
lia betule in lapide conversa, frustulum rami betulae cum  
cortice & nonnulla alia vegetabilia, de animalibus nondum  
factum est experimentum propter incuriam coloni cui hoc  
negotii demandavi. Hinc tibi mitto terræ cujusdam &  
myrtilli speciem, qvibus junctis pannos & alia lanificia nis-  
tro colore tingunt nostrates, color ex adjuncto panniculo  
apparet. Semper viret hæc myrtilli species & viribus pol-  
let diaphoreticis. Fraticem deniq; oculis quis subjiceret  
visum est, quo luteo colore inficiturlana, à nullo, qvod  
sciam, botanicorum descriptum. Modum tingendi si desir-  
deras, prima occasione significabo.

## LXXXIX.

De Spir. cornu Rhinocerotis.

Ex Epist. Hermanni Nicola: Grime

Nagapatnam Ind. Orient. 22. Sept. 1674.

ad

D. Olaium Borrichium.

**V**OCAVVS ad Generalem Admiralium Richlof van  
Goes ut fluxum acidum in genu & digito pedis mag-  
no curarem, cui per multos annos medicamenta applicue-  
rat sine ullo levamine, tamq; felix fui ut laudem cratio-  
nis reportaverim cum sistro XV auri frustulorum, h. e. 150  
Imperialium. Curavi illum spiritu Cornu Rhinocerotis,  
aliqvoties rectificato cum spir. vini & proprio oleo, donec  
totus sulphureus & penetrans evasisset. Hic Gene-  
ralis, est Regens Regni Ceylon, Mallabar, & Coroman-  
del &c.

Occupatus sum in confiencia Pharmacopœa Columbi-  
ana, qvod egregium erit opus pro India, unde famam spero.

De

## XC.

## De arbore Cinamomi.

Ex Ejusdem Literis Columbae scriptis 8 Sept.

1675. ad Eundem.

**C**olumba jam dego ut Medicus, mihiq; subjecti sunt  
**200** Chirurgi. Solarium meum in singulos menses  
 sunt 40 Imperiales, magnamq; commoditatem habeo in-  
 vestigandi Naturam in his locis. In primis præterire non  
 possum de *Cina momo* hujus Regni Ceylon cum admirati-  
 one paucascriberé, qvæ arbor tot olea præbet, ut similem  
 non credo reperiri in universo orbe. Oleum ex cortice  
 satis notum est. Folia oleum sumministrant prorsus simi-  
 le oleo Caryophyllorum. Folia similia sunt foliis Lauri;  
 fructus seu baccæ eandem similitudinem habent quam  
 baccæ Lauri, oleumq; dant per destillationem & expressio-  
 nem, ut & ceram egregiam, qvæ incensa svavem odorem  
 spirat. Radicibus quoq; pretiosum oleum in est, cam-  
 phora insignis, subtilis & penetrabilis instar florum, cera  
 quoq; & alia. Ut hinc fluant in usitata variaq; medica-  
 menta. Mirum est, ex una arbore tam varia & diversa pro-  
 venire.

Insigne opus præ manibus habeo, in quo continetur  
 qvicquid hic in India laboravi ex Regno Vegetabili, Ani-  
 mali & Minerali, si vires Deus largitus fuerit, valetudinem  
 & otium.

Ex Ejusdem literis Columbae in Insula Ceylon

scriptis 8 Dec. 1675. ad eundem.

Strenue in arbore Cinamomi opera mea desudat, qvæ  
 sequentia nobis subministrat: Ex floribus albis albata ceram  
 veram: ex fructu, baccis lauri simili, ceram, oleum per destil-  
 lationem naturæ temperata: ex foliis oleum acre & calidum,  
 Y qvafsi.